





Kern 86  
(1-54; a-g)

# CONSPECTVS LABORVM

QVIBVS

PROFESSORES

ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE

PER SEMESTRE AESTIVVM,

ANNI MDCCCLVII.

OCVPABVNTVR

PRORECTORE

D. PHIL. ADOLPH. BOEHMERO,

MEDICINAE ET ANATOMIAE PROF. PVBL. ORDINARIO,  
ACADEMIAR. CAESAR. NAT. CVRIOSOR. ITEMQVE IMPERIAL.  
PETROPOLITANAE ET REG. BEROLINENS. SCIENTIAR.  
SODALI,



P. P. D. IX. APRILIS MDCCLVII



HALAE MAGDEB. LITTERIS HILLIGERIANIS.





## LECTIONES PRORECTORIS, DIRECTORIS

AC

PROFESSORIS MATHESEOS ET PHYSICES PRIMARIJ.



**P**HILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER publice, diebus Mercurij & Saturni, hora VIII. affectus Veneros explicacione pathologico-practica illustrabit. Priuato studio Collegium Operationum Chirurgicalium cum adparatu instrumentali pariter ac delicatorio auspicabitur, & hanc ob causam hora I. de fasciis chirurgicis ad libellum *BASSII* exponet; hora II. encheireses manuales cum adplicatione instrumentorum in partus negotio duce *CEL. ROEDERERO* ostendet; hora III. in *ILLUST. HEISTERI* compendium chirurgicum commentabitur, addetque operationes in cadaveribus potiores.

**IO. ERNESTVS FLOERCKE** priuatim hora VIII-IX. ad *B. AUI STRYVII Iurisprudentiam Romano-Germanicam* & hora IX-X. ad *B. BOEHMERI Institutiones Iuris Canon.* commentabitur, nec non hora XI-XII. Iuris publici dogmata duce *MOSERO in seinem Grundriss der heutigen Staatsverfassung des teutschen Reichs* explanaturus hora III-IV. Collegium *Processuale Laboratorium* aperiet, praeceunte *B. KNORRIO in der Anleitung zum gerichtl. Process.* Publice vero hora IV-V. *Praenotionum Iurisprudentiae ecclesiast.* a se editarum explicacionem paulo ante confectum collegiorum initium inchoaturus eas ad meliorem Iuris Canonici intellectum, ut introductionem praemittet diemque ex valuis publicis fatis mature indicabit.

**IO. ANDR. SEGNERVS**, publice docebit Staticam. Priuatim Elementa Arithmeticae, Geometriae et Trigonometriae denuo percurrat; institutiones suas Physicas sermone & experimentis illustrabit; & priuatissime Astronomiam tradet.

## LECTIONES THEOLOGICAE.

**GOTTHILF AVGVST. FRANCKIVS**, historiam resurrectionis Christi harmonico ordine interpretabitur. Paraeneticis horis Ideam studiosi Theologiae tractabit; aeteticis vero, quibus adhuc aliquot Psalmos praesentis temporis rationibus accommodatos exposuit, ad priorem epistolam ad Timotheum redibit.

**CHRISTIAN. BENEDICT. MICHAELIS** hora X. post absolutos, qui ex praeterito semestri superfunt de Prophetis minoribus, Psalmos Davidis ex Ebraeo; & hora XI. Epistolam ad Ebraeos sanctamque Apocalypsin Ioannis e Graeco fonte declarabit.

**SIGISM. IAC. BAVMGARTEN** b. c. d. hor. VIII. priorem partem *theologiae dogmaticae*, hor. IX. alteram partem recentiorum *historiae ecclesiasticae*, & hor. IV. *hermeneuticam sacram* explicabit, additurus, si per tempus & valetudinem licebit, interpretationem epistolae ad *Colossenses*.

**IO. HENR. CALLENBERG** explicabit *testatam* ex fonte hebraico; ac progredietur in commentando ad *b. FRANKII Methodum studij theologici*, & in Theologiae *antiudaicae* exercitamentis.

**IO. GEORG. KNAPP** *Theologiam dogmaticam* rursus auspicabitur, ac praeterea *historiam ecclesiam N. T.* incipiet. Die vero Domini in *aeteticis* perget.

**IO. SALOM. SEMLER** perget bono cum deo in explicanda *theologiae dogmaticae* parte altera; praecibit *Psalmorum* sensum clarum, allegatorumque in N. T. causam; notitiam *librorum Theologic.* meliorum, cum illustratione argumenti; & *disputandi de classicis SS.* carminibus exercitium, ad partem primam theol. dogm. instaurabit.

IVRIDI-

## IURIDICAE.

IO. TOBIAS CARRACH priuatum 1) *B. Dni. BOEHMERI Introductionem in Ius Digestorum* horis confuetis, nec non 2) *Perillastr. I. S. F. BOEHMERI Elementa Iurisprudentiae criminalis* hor. III. interpretabitur. 3) *Collegium Processuale elaboratorium* quoque concedet illis, quibus cum eodem hac de re conueniet, quapropter vt ante collegiorum initium in tempore ipsum adeant Dni auditores humanissime rogantur.

DANIEL NETTELBLADT publice hora IV-V. omnium eruditionis partium nexum. vt & docendi discendique regulas explicabit, ad filium libelli sui: *Præcognita vniuersae eruditionis*, cuius iterata editio a. 1755. prodit. Priuatum docebit 1) hora VII-VIII. ius germanicum priuatum, ad huius iuris institutiones, quae V. C. EISENHARTO auctore prodierunt. 2) Hora VIII-IX. & X-XI. ius romanum priuatum, duce SCHAYMBVRGIO in compendio iuris digestorum. 3) hora IX-X. ius naturae, illustrando sua huius iuris elementa, quorum secunda editio sub prelo fidata. 4) hora XI-XII. ius feudale, praecunte STRVVIO in iuris feudalis elementis.

PHIL. IAC. HEISLER per infans semestre aetium horis VII-VIII. X-XI. & II-III. h. LVDOVICI *Doctrinam Pandeclarum*, hora VIII-IX. ENGAVII *Elementa iuris criminalis*, denique hora XI-XII. b. HEINECCI *Elementa iuris ciuilibus* interpretabitur.

IO. CHRIST. WILH. STECKIUS, Hora X-XI. ius publicum ecclesiasticum I. R. G. interpretabitur, suis usurus *Positionibus*. Hora XI-XII. ius publicum enarrabit duce MOSERO *Grundriß der teutschen Verfassung*, &c.

## MEDICAE.

MICHAEL ALBERTI *Institutione Publica Physiologiam* explicabit: priuato studio a II-III. p. m. Materiam Medicam cum demonstratione simplicium per tria Naturae Regna & applicatione Practica tractabit.

IO. IVNCKER publicis lectionibus chirurgiam medicam docebit, priuatis scholis Therapiam specialem de nouo incipiet & quemlibet morbum exemplis memorabilibus illustrabit, priuatis iuno autem studio proreptiores auditores in praxi clinica confucto more exercebit.

ANDREAS ELIAS BUCHNER publicis in praelectionibus, diebus ac horis haectenus confuetis, commentabitur in SCHARANDAEI libellum, *de ratione visendi aegros*: priuato autem studio hora VII-VIII. *Pathologiam specialem* explanabit; hora VIII-IX. & X-XI. *manuductionem ad Praxim specialem*, necessarias simul suppeditando cautelas & regulas practicas, fideliter & perspicue tradet, horaque XI-XII. fundamenta *Pathologiae generalis* exponet, initium harum lectionum d. XVI. Maii b. c. D. facturus.

FRIDER. HOFFMANN publice hora IX-X. Physiologiam docebit, priuatum vero hora X-XI. Collegium in materiam medicam inchoabit. Initium harum lectionum finitis instantibus nondinis Lipsiensibus, die XVI. Maii erit.

IO. PET. EBERHARD, hora II-III. *Physiologiam* interpretabitur ad ductum Tomi primi Medicinae theoreticae, a se iam editi, qui prostat in officina Rengeriana. Praeterea *Pathologiam* de nouo auspiciabitur, neque liis deerit, qui disputationum Collegium de rebus medicis ab eo desiderabunt. Reliqua Collegia erunt Mathematica & Physica.

## PHILOSOPHICAE.

CHRISTIAN. BENEDICT. MICHAELIS, hora III. a meridie doctrinam de accentibus Hebraeorum, exponendo Codici sacro V. T. perutilem ac necessariam, ad ductum b. IO. HENR. MICHAELIS in *gründl. Verricht von den Accenten*, profstante in bibliopio Orphanotrophi, tradet.

MICHAEL ALBERTI *Doctrina publica* Physicam Subterraneam explanabit. Priuato labore dogmata & argumenta Physica, quae sententias medicas confirmant, proponet.

IO. IOACH. LANGE publice h. VII. mat. *Matheßin puram*; priuatum h. I. *Physicam* & h. IV. *Chemiã*, vtrunque dogmatico-experimentalem explicabit. Hae lectiones inchoabuntur die XVI. Maii. *Geometriae practicae*, horis quibusdam vespertinis domi docendae & horis pomeridianis die faturni in campo exercendae, initium differretur ad diem IV. Iunii h. III. sunt qui *Architecturae militaris*, alii qui *Historiae naturalis* vberiore tractationem desiderant, sic me adeant vt conueniamus de hora vtrique collegio destinanda & ex valuis publicis indicanda.

ANDREAS ELIAS BUCHNER publicis in recitationibus singularem Historiae naturalis usum in Medicina, quoad potiora eius capita, ostendet & exponet; priuato autem labore occupatur erit in explanandis *Physicae dogmaticae* fundamentis, deque harum lectionum initio ac horis isdem destinandis propediem seorsim Dnn. Commilitones certiores reddet.

FRIDERICVS WIDEBVVG, Deo propicio a X-XI. *Historiam Vniuersalem* ad introductionem Pufendorffianam: ab XI-XII. *Historiam Imperii Germanici* ad SCHMAVSII *Historisches* ius publicum, aliaque satis commoda hora *Historiam Germaniae recentorem* a saeculo XVI. ad nostra usque tempora, proponet, initium facturus die XVI. Maii.

IO. HENR. CALLENBERG cum isagogica schola coniunget utiliorum *Historiae litterariae* capitulum recensione. Ad haec a suo in *Instituto orientali* adiutore, nuper ex Turcia, in qua per quatuor

quatuor prope annos versatus est, reuerso, dum praesens erit, continuari curabit scholam *Ara-  
bicam*, eique superaddi linguae *Turcaicae* institutionem.

IO. FRIDERICVS STIEBRITZ, fortunante Deo, per semestre aestiuum h. IX-X. scholas *Metaphysicas*, WOLFIO duce, aperiet; hora X-XI. *fundamenta linguae sanctae* ad ductum DAN-  
ZII explicabit; hora denique II-III. libros diuinos *Iosuae, Iudicum* & vtrumque *Samuelis* ex fonte  
ebraico interpretabitur. Quod reliquum erit temporis, *publicis in oeconomia* lectionibus tribuet.

GE. FRID. MEIER docebit h. IX-X. *Ius naturae*. h. III-IV. *logicam* ad ductum compendii  
sui, & priuatissime X-XI. *Politica priuatam & publicam*.

CHRISTIANVS WEBER hora VII-VIII. matutina *Ius naturae* & gentium Per-illustr. L. B.  
de WOLFIO, hora IX-X. eiusdem *Metaphysicam*, hora II-III. *Logicam* CORVINI & hora V-VI.  
*Mathesin puram* explicabit. Priuatissime quoque *Collegium disputatorium* habebit.

## EXTRAORDINARIAE

ADAMVS STRVENSEE hora IX. partem alteram theologiae moralis, s. iurisprudentiam  
diuinam explicabit; hora III. praecepta homiletica tradet; & hora VI. diei martis lectiones afe-  
cticas in epistolas Pauli pastorales continuabit.

GOTTLIEB ANASTASIVS FREYLINGHAVSEN in *Formulam Concordiae*, quae ex hiemali  
librorum symbololorum tractatione adhuc restat, commentabitur, *Euangelium Lucae, Aetiusque  
apostolicos* scholitis philologico-exegeticis & paraphraisi illustrabit, eosque qui nomina dabunt,  
*disputando* porro exercebit.

D. IO. FRID. IOACHM hora IX. *Ius feudale*, duce WOLFIO, in elementis iuris feudorum,  
explicabit; hora XI. *Ius publicum*, ad ductum principiorum illustris MASCOWII, docebit; hora  
III. *Historiam sacri Romano-Germanici Imperii*, ad seriem suae introductionis, tradet, & hora IV. *Hi-  
storiam uniuersalem Regnorum Europae*, ad filum sui compendii, pragmatic enarrabit.

CAROLVS FRIDERIC. PAULI hor. IX. *Historiam S. R. I. ad SCHMAVSI Historisches Ius*  
publ. hor. X. *Hist. uniuersalem ad GEBAVERI Grundriss* hor. II. *Hist. Silesiae ad suum compen-  
dium*, hor. III. *Notitiam statificam Regnorum Europ. & IV. Hist. Brandenburg.* docebit. Publici-  
ce vero die Martis & Saturni hor. I. *Notitiam nobilitatis germ.* proponet.

IO. PHILIPPVS CARRACH hor. VIII. matutina *Principia Iuris Publici MASCOWIANA* in-  
terpretabitur, hora X. praecipue in vsum iuris cultorum, ad *Conspectum Reipublicae litterariae HEV-  
MANNIANVM* commentarius historiam litterariam & notitiam librorum tradet, hora XI. au-  
tem praecunte B. DNO. HEINECCIO in *Elementis iuris ciuili secundum ordinem Institutionum* doctri-  
nis iurisprudentiae priuatae Romanae, Germanicae & Porulfo-Brandenburgicae vacabit.

D. ERNEST. FRIDER. KNORRE 1) hor. IX-X. Perillustr. BOEHMERI *Elementa Iurispru-  
dentiae criminalis*, nec non 2) hor. XI-XII. HEINECCII *Elementa iuris ciuili secundum ordinem In-  
stitutionum* interpretabitur. Tandem 3) hor. I-II. die sabbathi *Exercitium disputatorium* idem desi-  
derantibus offert.

D. HENR. CHRISTIAN. ALBERTI hoc semestri aestiuo, b. c. Deo priuatim diebus Lunae,  
Martis, Iouis & Veneris hora VIII-IX. Botanicas demonstrationes & explicationes methodo  
consueti docebit Publice vero die Saturni hora VIII-IX. *Collegium repetitorium plantarum* in-  
digendarum & exortiarum ante dictis diebus demonstratarum instaurabit. Excursionem botanicam  
hora III. inchoabit Initium harum lectionum erit XVI. Maii.

D. FRIDR. LEBERECHT SVPPRIAN de oculorum adfectibus publice aget; priuatim au-  
tem BOERHAVII institutiones medicas interpretabitur & infantum morbos ad SCHVLTZII  
ductum pertractabit.

D. ERN. ANT. NICOLAI publice vitia oculorum optica pertractabit, priuatim vero hora  
VIII-IX. Pathologiam tam generalem quam specialem; hora IX-X. Physiologiam, hora X-XI.  
Semioticam & hora XI-XII. methodum medendi docebit.


F. C. IVNCKER publice diebus Mercurii & Saturni hora VIII-IX. doctrinam de *Formulis con-  
scribendis* explicabit; priuatim, eadem hora, reliquis hebdomadis diebus *Pathologiam*, hora vero IX-  
X. subiecta *materiae medicae* praemonstrando, eorum vires & vsum indicabit; quarum lectionum  
b. c. D. finitis nundinis Lipsiensibus initium erit.

D. IVST. ISRAEL BEYERVS docendo pariter ac scribendo desideria Dominorum Commilito-  
rum adimplere studebit; ideoque 1) *Epistolographiam germanicam*, simul ac 2) *oratoriam*, supple-  
ditatis praecipis necessariis, permultis exercebit exemplis; 3) *cursum philosophicam* denuo in-  
choabit duce BAVMEISTERO; praeterea desiderantibus ab eo elaborabit *carmina, orationes,  
epistolas aliaque scripta*; de quibus omnibus plura coram.

IO. PET. EBERHARD, in philosophicis collegiis tradet hor. VIII-IX. *Mathesin puram*, hor.  
IX-X. *Mathesin applicatam*, vtramque duce WOLFIO, h. I-II. *Physicam* docebit ad ductum pro-  
prii compendii.

FRID. GVIL. ELLENBERGER operam in praecedendo nauabit 1) *Metaphysicam* ductu Cel.  
Giesl. Philosophi BOEHMERI hora X-XI. 2) *Introductioni in Nouum Testamentum* secundum  
compendium a se editum sub titulo: *Einleitung in die Bücher des Neuen Testaments in eine wissenschaft-  
liche Form gebracht*, in bibliopolo Hemmerdeniano venale hora II-III. 3) *Hebraico critico-  
grammaticali in Psalmos* hora V-VI. Quibus *Disputatorium in Metaphysicam* hora II-III. &  
*Theologiam naturalem* hora III-IV. diebus Sabbati adiunget.







(32)

# CONSPECTVS LABORVM

QVIBVS

## PROFESSORES

ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE

### PER SEMESTRE AESTIVVM,

ANNI MDCCCCLVII.

OCVPABVNTVR

### PRORECTORE

## D. PHIL. ADOLPH. BOEHMERO,

MEDICINAE ET ANATOMIAE PROF. PVBL. ORDINARIO,  
ACADEMIAR. CAESAR. NAT. CVRIOSOR. ITEMQVE IMPERIAL.  
PETROPOLITANAE ET REG. BEROLINENS. SCIENTIAR.  
SODALI,



P. P. D. IX. APRILIS



HALAE MAGDEB. LITTERIS

